Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Et meditabitur / Cap^m 76
Psalmus ipsi Jeduthun. Vox mea ad dominum
clamavi: vox mea ad dominum et intendit mihi.
In die tribulationis meae deum exquisivi manibus
meis nocte coram eo et non decepi. Renuit
consolari anima mea memor fui dei et delectatus
sum. Exercitabar et defecit spiritus meus. Anticipaverunt
vigilias oculi mei turbatus sum et non
locutus sum. Cogitavi dies antiquos et annos
aeternos in mente habui. Et meditatus sum
nocte cum cordo meo et exercitabar et scrutabat
spiritus meus. Numquid in saecula proiciet
dominus et non adponet ut det gratiam
aut continebit misericordiam suam a finem
et generatione in generationem. Quia
oblivisci nescit misericordiam deus aut
continebit in ira sua misericordias suas.
Et dixi nunc coepi haec mutatio dexterae
excelsi. Memor fui operum domini quia
memor ero a principio mirabilium tuorum
et meditabor in omnibus operibus tuis
et in adinventionibus tuis meditabor.
Domine in sancto via tua quis deus magnus
sicut deus noster. Tu es deus qui facis
mirabilia. Notum fecisti in populis
virtutem tuam. Redemisti in brachio
tuo populum tuum filios israel et
filios ioseph. Adiuvabunt te aquae
deus aquae tuae timebunt et
commovebuntur abyssi. Multitudo
sonitus aquarum vocem dederunt
nubes. Etenim sagittae tuae
transibunt. Vox tonitrui tui in
rota. Illuxerunt coruscationes
tuae orbi terrae commota
est et contremuit terra.
In mari via tua et semitae
tuae in aquis multis et vestigia
tua non cognoscentur. Deduxisti
sicut oves populum tuum in manu
moysi et aaron.

Explicit liber iesu filii sirach qui nostra dicitur ecclesiasticus. Incipit prologus in vatis

Cum ad ipse
tus visibus tradi
esse destinatos
metro eos es
tinet apud
hebreos legi
et aliquid site